



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

18 Reservata sunt beneficia vacantia per obitum familiarium Papae, & S.
R. E. Card.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- Nuncioſum, ac in terris Romanæ Eccleſiæ Reſtorum, & theſaurariorum, per Sedem Apoſtolicam deputatorum, ſeu miſſorum.
- 12 Quartò beneficia † quorumcunq; perſonarum, pro quibuſcunq; negotiis ad Rom. Curiam accedentium, vel recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta Curia ultra duas legales Dietas non diſtantibus obierint.
- 13 Quintò, beneficia † quorumcunq; curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacunq; cauſa ad quævis loca recedentium, ſi illi antequam ad curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem curia non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat) deceſſerint.
- 14 Sextò omnia monaſteria † dignitates, officia, & beneficia cujuſcunq; qualitatis exiſtant, ſecularia, & regularia, per promotionem ad cathedrales, & aſſecutionem pacificam † aliorum beneficiorum auctoritate Apoſtolica collatorum vacantia, & vacatura. *d. c. ad regimen. in 20 extravag. com. glo. in ver. Prothonotarios. in S. Romana, de cau. in prag. ſanctio. & Clemens Papa VIII. Reg. Canc. 1. quæ ab omnibus Pontificibus in principio Pontificatus renovatur, ut trad. Caſſad. de cif. 3. in ſin. de conſt.*
- 15 Septimò dignitates, † & beneficia citrata, ac reſidentiam perſonalem requiruntia, cum plura incompatibilia ab uno detinentur, uno tantum pro beneficiato excepto. *cap. execrabilis. in extravag. com. 21 eod. tit.*
- 17 Octavò dignitates majores † poſt Pontificales, in cathedralibus, Patriarchalibus, & Metropolitanis, & principa-
- les in collegiatis valoreſ decem florenorum auri communi æſtimatione excedentes & ſi dictum valoreſ decem ducatorum auri communi æſtimatione non excedunt, ſub reſervatione huiusmodi generali non cadunt, Prioratus quoque Præpoſituræ aliæque dignitates conventuales, & quæcunq; Præceptoris generales militiarum, etiam ſunt exceptæ, ac quæcunq; beneficia † familiarium Papæ, & qui ſi etiam, dum Cardinalatus officio, & honore ſungebatur, familiares exiſtebant, ac familiarium quorumcunq; S. R. E. Cardinalium, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs receſſerint.
- 29 Nonò beneficia † quorumcunq; collectorum, & ſubcollectorum fruuctuum, & proventuum, cameræ Apoſtolicæ debitorum, curialium, dum curia transferretur, ac cubiculariorum & curſorum, quæ reſervatio ab omnibus Pontificibus fieri ſolet, ut in reg. cancel. ejuſdem Papæ Clem. VIII. reg. 3. 4. 5. & 6.
- 20 Decimò † omnia beneficia eccleſiarum S. Joannis Lateranen. S. Petri, Beatae Mariæ Majoris de Urbe, nec non ad collationem, proviſionem, & præſentationem, S. R. E. Cardinalium à Romana curia abſentium, ratione ſuorum Episcopatum, Cardinalatus, ac ipſorum Cardinalium titularum, & diaconiarum ſpectantia, quandiu eorum abſentia durat, ut in eiſd. reg. Clem. VIII. reg. 7. dummodo non habeant indultum conferendi, ſed regulariter † S. R. E. Cardinales obtinent à Papa indultum, abſentia eorum non obſtante, omnia beneficia ad eorum collationem ratione eccleſiarum, & beneficiorum ſuorum ſpectantia quomodo